Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



thcus

229

et locauit eã agricolis et peregre profectus est. Cũ auẽ tpus fructũ
appiquasset misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus
eius. Et agricole apprehensis seruis eius. alũ cecderũt alũ
occiderũt. alũ vero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos suos
plures prioribus. et fecerũt eis sicut. Nouissime auẽ misit filium
suũ ad eos dicens. Forsitan verebũt filiũ meũ. Agricole auẽ
videntes filiũ eius dixerũt inter se. Hic est heres. venite occi
damus eũ et habebimus hereditatẽ eius. Et apprehensũ eũ eie
cerũt extra vineã et occiderũt. Cũ ergo venerit dns vinee qd
faciet agricolis illis. Aiunt illi. Malos male perdet. et vineã
suã locabit alijs agricolis q̃ reddent ei fructũ i tẽpibus suis.
Dicit illis ihesus. Nũquã legistis i scripturis. Lapidem quem
reprobauerũt edificantes hic factus est i caput anguli. A dno
factũ est istud. et est mirabile i oculis nris. Ideo dico vobis. q̃
auferet a vobis regnũ dei. et dabit genti facienti fructus
eius. Et qui ceciderit super lapidem istũ confringet. Super quem
vero ceciderit conteret eum. Et cũ audissent principes sacerdotũ
et pharisei parabolas eius cognouerũt q̃ de ipsis dicit. Et
querentes eũ tenere timuerũt turbas quia sicut prophetam eum habeb̃at

Et respondens ihesus dixit iterũ

in parabolis eis dicens. Simile est regnũ celorũ homini
regi q̃ fecit nuptias filio suo. et misit seruos suos
vocare invitatos ad nuptias. Et nolebant venire. Iterũ misit
alios seruos dicens. Dicite invitatis. Ecce prandium meũ paratum
Tauri mei et altilia mea occisa sunt. Et omnia paratum venite ad nup
tias. Illi auẽ negligentes abierũt alius in villam suam. alius
vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerũt seruos eius. Et con
tumelijs affectos occiderũt. Rex auẽ cũ audisset iratus
est. et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. Et ci
uitatem eorũ incendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiae quidem
parate sunt. sed qui invitati fuerũt non fuerũt digni. Ite ergo
ad exitus viarũ. et quos cumq̃ inueneritis vocate ad nupti
as. Et exeũtes serui eius i vias. congregauerũt omnes quos inuenerũt
bonos et malos. et impletũ est nuptiarũ discubitus. Intrauit autem rex
ut videret discubentes. et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali